

§. II.

Est autem **juventus**, & **ætatis** & **aptitudinis** suæ **intuitu**, vel **talis**, quæ **prima** **literarum** **elementa**, & **linguam** **eruditis** **usitatam** **cognoscere** **tantum** &, **tenacitum** **maxime**, **memoriae**, **poteſt** **mandare**, vel **talis**, quæ **artes** & **scientias** **sublimiores** atque **in** **vita** **utiles** **intelle-**
ctu jam maturiore **assequi** valet, easque inter se **con-**
nexas & **coordinatas** **perspicere** **poteſt** & **memoria** **reti-**
nere.

§. III.

Ex quo quam indubitate consequitur, multiplicem **esse** **eorum** **cœtum** **indolem**, in quibus **juventus** **in** **futu-**
ros **reip.** **usu** **poteſt** **erudiri**; vel enim ii **tantum** **colligun-**
tur **docentium** & **discentium** **cœtus**, ubi vel **prima** **litera-**
rūm **elementa**, vel **linguæ** etiam **eruditis** **usitatæ** **cogni-**
tio **tenaci** **discentium** **memoriae** **committuntur**, & eos
Scholas **dixerunt** *Triviales*, vel *Pædagogeæ*, vel in **cœ-**
tibus illis eæ traduntur **scientiae** & **artes** **sublimiores** at-
que **in** **vita** **utiles**, quas **intellectus** **jam** **maturior** **asse-**
qui, easque inter se **connexas** & **coordinatas** **perspice-**
re & **memoria** **valet** **retinere**, quo **in** **casu** **cœtum** &
docentium & **discentium** **Studiorum Generalium Nomi-**
ne **appellarunt** **prisci**.

Quæ de Scholis Trivialibus & Pædagogeis rite institu-
endis commentati sunt complures, hic non adducimus, non
possimus tamen omittere, quin specialiter commendemus
Celeb. Angli D. E A C H A R D I Tractatum *de causis contemptus*
Ordinis Ecclesiastici a Pl. Rev. Reinbeckio Germanice ver-
sum, qui præter alias contemptus hujus causas etiam iis
annumerat miseram scholarum inferiorum conditionem.
Es sind, damus ipsa verba: die meisten Schulen so beschaffen,
daß die allerwenigsten Menschen sich derselben mit Nutzen be-
dienen